

**Oratio anniversaria in theatro Collegii Regalis Medicorum Londinensium;  
ex Harveii instituto, habita die 18° Octobris, 1757.**

**Contributors**

Monro, John, 1715-1791.

**Publication/Creation**

Londini : Apud Gul. Russel, MDCCLVIII [1758]

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/eebuhc88>


**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome  
collection**

Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>




O R A T I O

ANNIVERSARIA

In THEATRO Collegii Regalis

Medicorum *Londin.* &c.



OPUS

OPERA

ANIVERSARIA

In THEATRO Collegii Regalis

Medicorum Londini. &c.

OPUS

O R A T I O  
A N N I V E R S A R I A

In THEATRO Collegii Regalis

M E D I C O R U M

L O N D I N E N S I U M ;

EX HARVEII Instituto,

Habita Die 18<sup>o</sup> OCTOBRIS, 1757.



L O N D I N I :

Apud GUL. RUSSEL, extra Temple-Bar.

M.DCC.LVIII.

O R A T I O

A N N U I T I E R S A R I A

In Theatro Collegii Regalis

M E D I C O R U M

L O N D O N I A

Ex HARVELII Institutio

Habita Die 16. Octobris 1757



L O N D O N I A

Apud GUL. RUSSEL, ex Typog. Bur.

M. DCCLVII

DOCTISSIMO VIRO

THOMÆ REEVE, M.D.

PRÆSIDI Dignissimo,

SOCIISQUE ORNATISSIMIS

Collegii Regalis Medicorum;

HANC

ORATIONEM

Pro more editam,

Eâ quâ par est Observantiâ,

D. D. D.

*Johannes Monro.*

DOCTISSIMO VIRO

THOMAE REYNE, M.D.

PRÆSIDI DIGNISSIMO

SOCIISQUE ORNATISSIMIS

Collegii Regalis Medicorum;

HANC


ORATIONEM

Pro more editam,

Re sua per. off. Observantia,

D. D. D.

Johannes Meier.



**N**EMINI vestrum, AUDITORES  
 DIGNISSIMI, ignotum esse ar-  
 bitror, Medicinam in Ægypto  
 supersticiosè excultam, feliciori  
 auspicio in Græciam transiisse,  
 Romamque deinde cum cæteris artibus fuisse  
 delatam ; decrescentibus mox Romanorum  
 rebus, & everso demum Imperio, scientias  
 omnes, vel extinctas simul periisse, vel fu-  
 gatas latuisse, donec Clarissimorum virorum  
 ingenium, studium, laborque indefessus in  
 B generis



generis humani emolumentum exoptatas iterum produxerint.

*Barbarum* idcirco, *Chalchondylam*, et *Pollitianum* debitâ prosequimur laude, & Te, *Princeps Medicæ*, admiratione quâdam intuemur qui literas exulantes in patriam recepisti, et eruditos omnes gremio fovere non dedignatus es : nobismet ipsis interea, Collegæ Ornatissimi, præcipuo quodam jure gloriari licet Fundatorem habuisse, in istâ palæstrâ nobilissimâ, palmam primam referentem. Hos equidem amore quodam cum cæteris Europæ Gentibus communi amplectimur ; Illum vero eâ observantiâ, eâ pietate quâ decet filios erga optimum parentem uti semper venerabimur. *Linacrum* enim omnimodâ eruditione instructum commemoramus, non domi otiosè commorantem, sed literas renascentes foras exquirentem, ut ipse primus in patriam suam hæc præclarissima munera secum reportaret, hospitioque exciperet ;

ciperet; Quinetiam dum amænas Italiae regiones, hujusmodi negotio intentus, perlustraret, haud minori gratiâ apud Principes viros prævaluit propter morum integritatem, quam apud literatos omnes propter doctrinam. Famam & auctoritatem quam peregre adeptus est, domum rediens servavit & auxit. Munificentiam suam propriam, Prælectiones instituit Academicas; et a Principe impetravit ut præstantissimos quoscunque in arte sua delectos, colligeret in unum quoddam sodalitium, Regiam auctoritate privilegiis munitum, quod & ipse quidem legibus stabilivit, et honestissimo morum exemplo commendavit; Hunc virum, ad hæc munera exequenda, non fastuosa quædam doctrinae excitavit superbia, non inanis munificentiae ostentatio; Cum enim jam famæ suæ, & Reipublicæ honori satis consuluisse videretur, vitæ quod superfuit sanctissimis erga Deum officiis tribuebat, & quam integerrime egerat vitam, pietate maximâ clausit;

rum interea rerum nequaquam immemor, ædes enim proprias, quas nobis vivus commodaverat, supremo suo testamento moriens legavit.

*Linacro* erudito, munifico, pio, successit *Caius*, optimâ vir indole, & industriâ vix credibili; Græcis Latinisque literis adeo eruditus, ut alios docendi causâ potius, quam ut ab illis institueretur, in exterarum regiones sese transtulisse videatur. Cum enim Italiam, fundatoris exemplo, peragrasset, Professoris munere perfunctus, purpurâ Doctorali donatus est. In patriam redux, *Linacrum* præeuntem, ita proximis infecutus est vestigiis, ut quanquam in libris scribendis, edendisque vehementer occupatus, nostris tamen rebus nascentibus feliciter præfuit, quas auctoritate firmatas, novis auxit honoribus, et libro annalium, propriâ manu exarato, ornare dignatus est. Tuam, *Caiæ*, doctrinam, & amorem erga nos, merito

rito & lubenter laudamus; Pietatem tuam,  
& singularem animi liberalitatem, memor  
usque fatebitur *Cantabrigia*.

Brevi temporis intervallo, innotuit per-  
spicacissimi Fundatoris prudentia; Jam *Cald-*  
*waldus*, nobilisque *Lumleius*; Jam *Goul-*  
*stonus*, nomina, nostris annalibus semper  
memoranda, rem anatomicam haud satis  
exploratam, fusius explicandam, et exem-  
plo, et stipendiis honestissimis curavere.

Hi veluti nascentem Auroram, sole me-  
dico nondum plane exorto salutabant, cum  
ipse diem Medicinæ intulit *Harveius*. San-  
guinem per arterias venasque ferri, satis om-  
nibus a principio cognitum est; Qualis au-  
tem ille cursus fuerit, et quo fonte deriva-  
tus, eruditissimum quemque latuit; Quæ  
tamen omnia fidissimus ille Naturæ inter-  
pres, per angusta viarum, per devios trami-  
tes, indefesso labore secutus, felici tandem  
successu

fuceffu patefecit. *Harveius* fcilicet, fan-  
 guinem certo itinere per univerfas corporis  
 partes ire & redire lege non mutandâ pri-  
 mus omnium demonftravit. Quantam me-  
 dicinæ lucem, quantamque ipfi *Harveio* at-  
 tulerit gloriam hæc investigatio, nec filere  
 omnino poffum, nec pro dignitate fatis ex-  
 plicare. Hoc tamen minime prætereundum  
 eſſe cenſeo, tanti momenti inventa, non ca-  
 fu, non fortunâ accidiffe; quæ vero mag-  
 num illud, & excelſum Immortalis Viri in-  
 genium, vera eſſe in animo ſecum prius ſta-  
 tuerat, eadem innumeris deinceps confir-  
 mata experimentis, palam omnibus propo-  
 ſuit. Explicato tandem & ſtabilito fan-  
 guinis circuitu, nec ſibi nec famæ ſuæ fa-  
 tis adhuc vixiſſe viſus eſt, ſi vixiſſet otioſus;  
*Carolo* igitur, Regum optimo, et artis om-  
 nimodæ Patrono, juvante, ad intimos Na-  
 turæ reſſus iterum penetrandos, mirâ ſe  
 accinxit ſolertiâ: Novus exinde nobis ortus  
 eſt Triumphus, major exinde facta eſt hu-  
 juſce

jusce loci dignitas. Sed restant nonnulla, quæ cum ad nos magis pertineant, arctiori vinculo tenent devinctos. Quid de antecessoribus suis, Quid de Lyceo hoc literato judicavit Vir talis tantusque, quum res ipsa haud levis momenti esse videatur, tum vero conjecturam facere licet, quod Ipse primus hanc annuam illorum, omniumque bene de nobis merentium recordationem instituerit; quod vivus adhuc patrimonio se exuerit, et hujus Collegii socios, non tantum hæredes famæ & gloriæ suæ, sed & participes fortunarum suarum esse voluerit.

Ordine, & amore proximus *Harveio*, incedit *Hamæus*; qui nos multiplici cumulavit beneficio, qui ædes hæc nostras ab iniquis hominibus vix redemptas nobis tradidit, quin & incendio consumptas de novo instauravit ornavitque; Plura insuper magnificentiæ suæ edidit monumenta Vir spectatissimus, et nos in hæreditatis par-

D

tem

tem fatis amplam testamento adscripsit.

Ingratus fane essem, et vestri honoris prorsus immemor, si *Glissonum*, *Whartonum* tacerem, si *Lowerum*, *Willisum*ve oblivioso premerem silentio: Nec te, *Sydenhame*, laude dignissimum, nostris si liceat adjicere, infalutatum præterierim, Qui observando fidus & diligens, scribendo elegans & concinnus, alios omnes longe superasti, ipso vix minor *Hippocrate*.

Rudis ipse Orator, dicendi imperitus, opus difficile & periculosum aggressus, Vereor, ne ibi deficiam, ubi & argumenti dignitas, & officii mei ratio, & animi ob accepta beneficia ardor fervidus, magnum aliquod postulare videatur. At nomen *Radclivii* honorandum, omni laude præstantius, nullo indiget præconio. Vir erat, “ summi  
“ ingenii, et consummatæ experientiæ;”  
Nec aliorum assentator, nec imitator; Purus  
naturæ

naturæ discipulus, attentis oculis & tranquillo vultu in illam intuebatur; sagax ad pericula perspicienda, ad propulsanda feliciter audax. In medicamentis simplex, naturam paucis adjuvari, multis opprimi plane probavit. Prospere adeo medicinam fecit, ut nemo unquam ægrotantibus gratior, nemo unquam adfuerit optatior. Talis in arte suâ emicuit *Radclivius*, ut si quæ plura fecerit vobis enarrare vellem, historiam potius quam orationem condere viderer. Opes, quas favore publico consecutus est, rei literariæ promovendæ, Reipublicæ honori augendo, & sublevandis pauperum miseriis, inservire voluit. Hospitium, non longe abhinc celeberrimum, cujus moenia jam nunc suis impensis surgentia conspiciuntur, annuo nummorum reditu donavit. Oxoniæ, Collegium suum amplificavit; Bibliothecam instruxit splendidam & perfectam; & binos insuper istius Academiæ alumnos, in Medicinæ majus emolumentum, amplissimo dota-  
vit



vit stipendio, & in exteras partes peregrinari jussit. Regia certe, & sibi propria magnificentia! Nostras erat *Radclivius*; Hæc igitur, Socii, sunt & suæ & nostræ gloriæ monumenta in æternum duratura.

*Radclivium* sequitur *Freindus*, comis, urbanus, senator incorruptus, Musis amicus, elegantia non minus quam doctrinâ insignis, & quod ad nos, & ad hujusce diei celebritatem præcipue pertinet, solennitatis *Harveianæ* Instaurator.

Vitæ integritate, probitate severâ spectabilis, literis humanioribus exquisite doctus, amore erga nos, & benevolentia singulari, & magnus in arte suâ existit *Halæus*.

*Pelletti* quinetiam, et *Plumtreii* simul ingenium et doctrinam collaudamus, et amissas flemus virtutes.

Dum

Dum vero hos viros literis, moribus, pietate, munificentia egregios, lubens, lætus commemoro, liceat oratori suæ indulgere pietati; liceat nomen paternum clarissimis hisce nominibus immiscere. O animi liberalis & benevoli! O amicorum deliciae & desiderium! Te, hujus loci amantissimum, Te, Almæ Matris vindicem acerrimum, Te, morum urbanitate, suavitate, simplicitate amabilem honeste jactitamus. Ingenio felix & judicio pollens, subjectæ tibi provinciæ, mirâ arte & prosperâ imperitabas; in cæteris quidem Medicinæ partibus nulli secundus, in hâc verò facile Princeps. Quod autem non minimæ laudi est et ornamento, Te familiarem elegit, Te amicum dilexit, Præclarus ille *Meadus*; Te sibi abreptum ploravit, funusque tuum lachrymis non fictis secutus, adornavit.

Ad Hunc Virum Illustrem, naturali bonitate eximium, qui laudare bene noverat,

E

Ipse

Ipse laudatissimus, jam tandem se convertit Oratio ; Medicum sui sæculi primum, Physicum solertem, Philosophum sapientem, Antiquitatis investigatorem peritum, Artis omnigenæ fautorem, & literatorum omnium Mæcenatem. *Mædi* meministis eruditionem, Meministis vivendi rationem, & dignitatem. Omnibus aditu facilis, benigne et humaniter omnes accipiebat ; inter doctos Doctus, inter liberales, liberalis, inter Principes Princeps : dignus & qui Regibus donamitteret, & qui cum Regibus commercium haberet literarium.

Restant memorandi, *Watsonus* & *Hoadleius*, charus uterque, uterque literis eleganter imbutus, uterque morte heu ! præmaturâ abreptus.

In hoc coetu solenni, nefas esset silentio præterire Musæum *Britannicum*, Opus egregium, et insigne ; quod vix inchoatum, celeberrimas

cverrimas *Europæ* bibliothecas, variis Na-  
 turæ operibus, & lectissimâ librorum copiâ  
 superat. Sileat Molem *Roma Vaticanam*,  
*Parisiensem* fileat *Lutetia*: Jam victæ ce-  
 dunt; Victæ unius hominis labore & mu-  
 nificentia.

Jam tandem liceat Academiis nostris gra-  
 tulari ex quibus prodire Viri doctrinâ si-  
 mul & virtute eximii, qui sudore multo fa-  
 mam hujus loci adauxere: liceat vobis de-  
 nique gratulari de talibus antecessoribus,  
 atque ut omnia sint fausta & felicia, digni-  
 tatem quam ab illis accepistis, servetis inte-  
 gram, & eorum vestigiis insistendo, poste-  
 ritati tradatis intemeratam.

F I N I S.

lecturas hanc de bibliotheca vana  
tunc operibus, & lectissimis librorum  
impetret. Sicut et hanc hanc  
Pauca hanc hanc hanc hanc  
duntaxat. Vnde unius hominis labor & mu-  
nificencia.

Itaque tandem licet a ceteris notis  
tunc ex quibus prodit. Vnde doctrina  
nos & virtute erunt, qui hanc hanc  
nam hanc hanc hanc hanc hanc hanc  
nunc gratulari de talibus amicitibus  
tunc ut omnia hanc hanc hanc hanc  
tunc quam ad hanc hanc hanc hanc  
grati, & eorum velle hanc hanc hanc  
tunc hanc hanc hanc hanc hanc hanc

